

DI D A C I
COVARRUVIAS
A LEYVA TOLETANI,
EPISCOPI SEGOBIENSIS,
PHILIPPI II. HISPANIARVM REGIS SVMMO
Prætorio Præfecti, ac Iuris Interpretis acutissimi,
O P E R A O M N I A

*Cum Auctoris tractatu in Tit. de Frigidis & Maleficiatis, septem questionibus distincto, quibus
an Matrimonium cum hoc impedimento constare possit, accuratè explicatur.*

*Iam post varias editiones correctiora, & cum veteribus ac melioris Notæ exemplaribus
de nouo collata, & ab inuenientis mendis lenè expurgata.*

ACCESSERVNT
IOANNIS VFFELII I.C.

Patricij Bruxellensis,

In variarum Resolutionum libros.


NOTÆ VBERIORES.

Cum duplici Indice capitum & rerum locupletissimo, suis numeris restituro.



LVGDVNI,
Sumptibus HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXI.
CVM PERMISSV SUPERIORVM,



ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO
DOMINO D. CAMILLO
DE NEVFVILLE,
ARCHIEPISCOPO
ET COMITI LVGDVNENSI,
GALLIARVM PRIMATI,
Et Lugdunensium, Forisensium, &
Bellijocensium Proregi.



FFINIS aded est Religioni æqui-
tas ARCHIPRÆSVL ILLVSTRISSIME
idémque PROREX EXCELLENTIS-
SIME vt altera alteram iuuet. Aras il-
la erigit, hæc tuetur: asserit vtraque
Numini sua iura, dum ritus vna statuit, quos iubet

VITA
DIDACI
COVARRUVIAS
ALEYVA

EX BIBLIOTHECA HISPANICA

A Reuerendissimo Patre

ANDREA SCHOTTO

CONCINNATA.



SINGVLARE Hispania ornamentum Didacus existit, cum ob singulare iudicium, tum iuris utriusque, quod scriptis ad posteritatis memoriam sempiternam mirifice illustravit, tractatione. Natus is anno eius seculi duodecimo Toleti Carpetanorum S. Iacobi Feslo, vnde illi nomen (Didacus enim idem qui Iacobus) quo etiam anno Pampelona vicla Castella Regno Navarra accessit: parentibus quidem Hispanis, ano vero materna Belga, Toletana Ecclesia architecto.

Hinc est verique nepoti ingens eruditatum Linguarum Graecae ac Latinae studium, ad rerum cognitionem insitum penè atque innatum. Patruus Salmantica sacerdos satis re lautà Didacum et Antonium iactis iam feliciter primis Latinae linguae rudimentis, vna domi aluit. Post in S. Salvatoris Collegij Ouetensis, vbi natalium integritas queritur collega, eos breui in Iurisprudencia progressus fecerunt, et a qualibus longè antecederent, post etiam de superiori loco ius publicè ordine interpretarentur, magna auditorum coronâ atque applausu. Tamesi verò in Doctoris laurea iniquis iudicium suffragis Didacus pressus esset, vicit tamen, ac transcendit, ditis mox ingenij monumentis expectationem iudiciumque perturbato animo ducum. Praestinxit enim veluti Sol oculorum aciem, amulosque atque aduersarios, qui in eum ora vultusque admirabundè conuerterant: et praestanti doctrina viros morumque facilitate omnes sibi adiunxit. In hu Ferdinando Graecarum litterarum Doctore esse vsus, qui eum in Plinii castigatiombus non semel praedicat. Missus hinc à Rege Catholico in Synodum Tridenti coactum, hoc est, in publicum prorum doctissimorumque theatrum vna cum fratre, Ant. item Augustino, Martino Ayala, Aria Montano, ceterisque. Domum ubi venerit, Episcopus Roderici oppidis est renunciatus: dein Segobitiensis Praesul, et Conchenfis designatus. Neque hic Principis in ornando excellentis doctrinae viro studium subsistit: quin et Senatus Regij Praesidem ex Antecessore creauit. Quo munere integre annos aliquot. Ecipub. constituendè sic est vsus, vt continenter atque incorruptè ius dicendo, florem sibi Nobilitatis Hispanica obstrinxerit, temporis vsque eò parcus, ceterum minimè auarus, vt semihora spatium, quo Senatores vna ad Regem ingressuri expectare solent, elabi sine fructu non sineret: incitatus, credo, C. Plinii Maioris exemplo, qui temporis, quod studijs non daretur, iacturam longè maximam existimaret. Sic interea loci, collegis inambulantibus, paucis mensibus Platonem, ac Rhodigini Antiquas lectiones, quasi aliud agens, euoluit. Et verò Variarum Resolutionum libri quantum hic posset, satis ostendunt: de rescriptis numismata, acutè: hinc à maleuolis iactatum, nouisse illum Budensium de Affo, praeterea nihil: quo facile reiequa tanti viri monumenta foras data resiliunt. Sunt autem in manibus haec: super 4. Decretal. super 6. Decretal. & regulis Iuris, super Clementinis, de homicidio Cl. si futiolus. Variarum ex Iure Pontificio, Regio & Caesaris resolutionum lib. 4. Practicae Quaestiones eiusdem collatio veterum numismatum cum his, quae modò expenduntur publicè et regia auctoritate percussa. Excusa passim Salmantica, Venetijs, Lugduni, et in Germania. Obiit Madriti Praesul die XXVII. Septembris, Anno M. D. LXXVII. Aetatis Anno LXXI.

DIDACI
COVARRUVIAS
 A L E Y V A,
 TOLETANI,
 EPISCOPI CIVITATENSIS,

Dum in insigni Dei Maximi Salvatoris Collegio Salmanticae Iura Pontificia
 publico munere profiteretur,
 IN TIT. DE TESTAMENTIS,
 INTERPRETATIO.

EX PRIMA RVBRICAE PARTE.

S U M M A R I A.

- 1 Testamenti vera aetymologia.
- 2 Testari quid.
- 3 Insignitatem à calamitate Valle derivari.
- 4 Testis unde dicta.
- 5 Sacramentum unde dictum.
- 6 Iurisperiti contra Grammaticum desensu.
- 7 Nomen unde dicta.
- 8 Donatio unde dicta.
- 9 Testamenti definitio ex Vlpiano, et eius per partes explicatio.
- 10 Regere quid.
- 11 Iusta sententia.
- 12 Eodem articulo integra etiam aduersus Accursium, et Paulum Casareum.
- 13 Periculum unumquodque secundum suam gravitatem.
- 14 Testamentum inchoatum.
- 15 Hereditas iusta.
- 16 Vxor iusta.
- 17 Filius iustus.
- 18 Iustum quid.
- 19 Iusta iunctura qualiter in defectibus intelligatur.
- 20 Testamenti contractus et iuramentum ultimarum voluntatum descriptio.
- 21 Testamentum contra legem, quomodo adhibere habeat, et quid creditur et Latine significet.
- 22 Testamentum quomodo apud Theologos accipitur.
- 23 Pactum ab quo de testamentum significet.
- 24 Satis scriptura cur unum et verum testamentum dicatur.

PRIMA RVBRICAE PARS.

De Testamentis in genere.



N O T U M est, optime Lector, quod nequos, atque perplexos iuris veritque locos tractanti, ut ipsius discendae rei cognitione conducibilis prestantiusve: cum ob facilitatem, expeditam, & seipsam qualibet in dubitatione offensivam simplicitatem, tam ob legis continentiam, eandemque benevolentiam in huius libris evolvendis operam minimè penitentiam. Hinc etenim Iurisperiti, quos res difficilium aggrediuntur, eandem ab aetymologia & definitione inspicuntur: in quo video non ita passim iuris Pontificij conditiones hanc diligentiam nobis exhibere. Unde fit, ut potissima laboris pars in ipsius explicandis praedictis frequentissimo contingit.

¶ Quis taliter de Testamentis aeternis, ipsius dictionis notitiam à Iurisperitis quam libentissime petam. Siquidem Iustianus Testamentum, id est dictum fuisse existit, quod testa-

tionem significari ipse asserit in *prin. Inst. de testam.* ubi Accursius & alij hanc esse dictionis aetymologiam, & percipimus fatentur. Servium Sulpicium Iurisperitum secuti, qui *lib. de testam.* testamentum duplex esse verbum scripsit, & compositum inquam à mente cessatione. Cui tamen Aulus Gellius, *lib. 5. c. 12.* & Laurent. Valli, Latinae linguae accuratius assertor, *lib. elegant. lib. 3. c. 6.* omnino refragantur, deductionem hanc detinentes: cum non magis à mente dicatur testamentum, quam calceamentum, salubritatem, & ornamentum: quibus consentit Catellianus Corra in *Materialibus de dict. Testamentum*. Verum si aetymologiam, quam Cicero *verilogiam* appellat, spectemus planam est, non rectè à Sulpicio nomen hoc deductum fuisse, nec què à vero abhorrer, dictionem hanc duplicem esse. Est enim simplex, eoque à *testor* derivatur, ut *testamen* sit, & *testis*, syllabam assumit, diciturque *testamentum*, ut vellimen, vestimentum, velamentum, velamentum; nutrimentum, nutrimentum; regimen, regimentum; quae dictione videtur Iurisperitus in *l. 1. in prin. ff. de off. praef. praef.* Testamentum ergo dicitur quasi ultima voluntatis testamentum. Hinc Vlpianus in *l. qui testamentum facit ff. de testam. l. 1.* Et veteres *pacemur*, eos, qui propter solennitatem testamenti adhibebantur, dicitur *dicere*, donec *suprema voluntas peragatur*. Quo fit, ut *testari*, sit etiam testamentum facere: cum testari proprie testes nominare & vocare: quasi testator iudicis ordinato sit solitus dicere: *Testes estote huic ultimum voluntatis*. Potest etiam *testari* in hoc sensu intelligi, pro *demonstrare*, ac *patentia facere*, illam esse propterea ipsius testantis voluntatem.

¶ Quod si non tam aetymon inspicimus, quàm vocis similitudinem, quam Fabius tractat *l. 9. c. 3.* non adhaerens est huius nominis appellatio, quod mentis contestatio sit: quod & Iulius Caesarius amissu dicit: idque probat, Iustinianum 7 ab hoc crimine defendens, Alciat. *l. 4. de verb. signif. ff. de in l. taberna ff. de rit.* Claud. Cantuar. in *prin. Inst. de test.* potissimum etenim in testamentis dominatur mens. Sic *possessio*: dicitur quasi pedum positio, Labconi, & Paulo in *l. 1. ff. de acq. poss. in prin.* cum Celsus dicit in *l. 2. §. 1. ff. de iudic. ff. de acq. poss. ff. de iudic. mibi factum mecum venditor ex meo iure demonstrat, vacuamque possessionem si videri dicat non minus possidere capere quam si pedes sine me intulisset. Tamen hic non à pedum, sed à locum positione deduci possessionem etiam inest, *l. 1. de iudic. c. 1.* Sic non aetymologia, sed vocis similitudinem attendens dicit Trebat. *l. 2. de re iudic. ff. de iudic.* quasi factam testem demonstrari: cum factum si diminutivum à *facto*. Nec decet ob id à Iurisperitis calumniosè insuetari: cum & veteres Latinae linguae diligentissimi celsiores in his derivationibus & aetymologiis luctentur, quandoque à vera nominis deductione longe dilcedentes. Potest etiam non incongruè dici, Iustinianum in hac aetymologia testa-*



D I D A C V S
C O V A R R V V I A S
A L E Y V A

ARCHIEPISCOPVS S. DOMINICI
D E S I G N A T V S,

L I C E N T I A T O
A N T O N I O C O V A R R V V I A S
F R A T R I A M A N T I S S I M O,

ET SALMANTICÆ IN COLLEGIO SANCTISSIMI SALVATORIS
Collega ornatissimo,

Atque vtriusque iuris egregio Professori, S.

POST editum à me Variarum Resolutionum opus, Frater amantissime, cum aliquot eius capita relegissem, statim percepi, breuius quam fortassis par erat, quorundam veterum, & huius regni numismatum valorem, nondum ab initio petita aestimationis ratione adnotasse. Id vero tunc feci, ut operi instituto partim subservirem: ac deinde, quod mihi satisfecisse videbar, si re ista obiter incidenti, testimonia doctissimorum virorum, & ex utroque iure Regio, ac Cesareo loca quedam selegissem, ex quibus iudicarem, posse facillime deprehendi, quibus suam rationibus, que illic scripseram, in publicum edere constituerim. Verum dum ipse diligentius rem istam perpendissem, necessarium duxi veterum numismatum valorem, eorundemque rationem, quam cum his, quibus modo vetimar, vel omnino parem, vel sibi similem habere possunt, iuxta proprias vires explicare. Sic sane veteres aereos nummos cum his aereis, qui modo expenduntur, argenteos cum argenteis, aureos cum aureis conferre curavi: ac simul exquisivi, quamnam aestimationem ex huiusce atatis nummis vetera huius regni numismata habere possint: his & de nummorum publica mutatione, ac de crimine falsæ monete quedam adiciens, que ab operis instituto nec aliena sunt, nec Lectori ob exactam breuitatem fastidio esse poterunt. Scio equidem, tractatum istum maiorem diligentiam exigere, quam à me, homine tot negotiis impedito, adhiberi potuit, præterquam quod multorum auctororum, & veterum Chronicorum lectione ob publicum munus, & huius Regii tribunalis magistratum, privatus, ea forsitan prætermiserim, que hisce difficultatibus expediendis viam omnino aperire potuissent. Feci tamen quod potui, libentissimè cuiusque diligentiori censuram subiturus, quam in his, que hætenus edidimus, nusquam detrectauimus, nec in posterum detrectare censemus. Te interim, egregie vir, exoratum volumus, ut si ex lectione huius opusculi perceperis, id alicuius futurum esse utilitatis, Andrea à Portonariis nobili Salmanticensi Typographo, meo nomine statim tradas, quò & tuo limatissimo iudicio, eiusque diligenti opera prelo traditum in publicum prodire possit. Vale. E Grana-
nata, Idibus Aprilis, Anno M.D.LVI.

VETE